



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Defensio Locorum S.  
Scripturae. De Ecclesia Catholica, Et Eivs Pastore  
Episcopo Romano, B. Petri, principis Apostolorum  
successore, libri duo. Aduersus nugatorias ...**

**Torres, Francisco de**

**Coloniae Agrippinae, 1580**

**VD16 ZV 18729**

Capvt. X. Responsio ad calumniam Antonij, qui ait, non debere quaeri  
rationem Petri, à Christo impositi extra circumstantiam loci Matthaei, &  
ineptum esse dicere, vocatum esse Petrum: propter ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33634**

idem Apostolus, quam regulam nunc dicat, exemplo suo docuit, cum ascendit Hierosol. & prædicationem Euangelij cum Petro contulit, scilicet, quia sciebat, ut antea dixi, electum eum fuisse à Christo ex Apostolis, ut esset eorum os ad prædicandum gentibus verbum Dei, & ad credendum. Tu fortassis interpretaberis, regulam esse, quam Paulus dicat, Scripturam, siue verbum Dei, hoc enim habitat in ore vestro abundanter, non quidem, sicut Apostolus ad Coloss. scripsit, in omni sapientia, sed potius in omni insipientia. vos enim sicut à Luthero didicistis, scripturas sanctas faciles ad intelligendum & interpretandum esse putatis, & docetis, & sic eas vestro sensu hæcenus intellexistis, & interpretati estis. at si hanc solum regulam fidei Christus in Ecclesia sua reliquisset, quid aliud, quam gladium delphicum haberemus? quem, inquit Arist. in Politicis, fabri ætarij faciunt ob inopiam? ut enim gladius delphicus ferreum instrumentum erat multis vsibus accommodatum, cuiusmodi sunt, qui simul gladij, & styli sunt, aut acus, & lima: sic erit Scriptura sancta, nisi sit vnus tandem, qui interpretationi, & intelligentie eius præsit, e cuius cathedra fidelis, & catholicus sensus, cum in dubium venerit, petatur, & ne in vacuum currendum sit, cum eo ad imitationem Pauli conferatur.

runtamen  
ad quod  
preuenimus  
vt idem sa-  
piamus, & in  
eadem regu-  
la permane-  
amus.

Quomodo  
interpretan-  
das esse scri-  
pturas Pro-  
testantes à  
Luthero di-  
dicerunt.

Quomodo  
interpretari  
scripturam  
ad libidinē  
proptij sen-  
sus simile  
sit, vt habe-  
re delphicū  
gladium.

## CAPVT X.

Responso ad calumniam Antonij, qui ait, non debere quæri rationem nominis Petri, à Christo impositi extra circumstantiam loci Matthæi, & ineptum esse dicere, vocatum esse Petrum: propter firmitatem fidei ad firmandos fratres; sicut ei Dominus postea præcepit. Et de eo, quod obiecit, non potuisse firmitatem fidei Petri transire ad successores, & de Symmacho Pontifice impudenter reprehenso, & de testimonijs antiquorum, transire ad successores Petri firmitatem fidei eius, & quomodo transeat.

**S** Equitur in libello Antonij, ne quid omnino prætereamus. Addit, inquit, aliam rationem Turrianus, nempe Petrum dictum fuisse petram propter auctoritatem firmandi patres in fide ex eo, quod scribitur eodem capite 22. apud Lucam,

N 2 & tu

& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Non e-  
 nim quærendum est *ἵκνον* nominis Petri extra circumstā-  
 tiam huius loci Matthæi, de quo disputamus: atq; vt iam  
 monuimus, ipsa temporum ratio prorsus obstat, ne locus  
 Lucæ cum hoc Matthæi loco iungatur. Satis prolixè confu-  
 tatum est hoc, capite proximo superiore, ne eadem sine necessitate  
 repetantur. Adiungis deinde, Postremo nolo pluribus osten-  
 dere, quam ineptum fuerit dicere Petrum ea ratione di-  
 ctum fuisse petram, quia debuit fratres suos confirmare;  
 quandoquidem ita potius dicendum fuit, Petrum debu-  
 isse confirmare suos fratres, quia petra fuit; est ergo falla-  
 cia *παρὰ τὸ μὴ ἄτιον ὡς ἄτιον*. Si hæc pauca sunt ineptissima, & me-  
 ræ nugæ, vel potius deliramenta, quid, si perrexisses pluribus osten-  
 dere? Dominus imposuit Simoni nomen Petri à petra propter firmi-  
 tatem fidei; & eundem vocauit *πέτρον* petram, propter eandem

Quomodo  
 exemplo re-  
 prehensio-  
 nis suæ cogi-  
 tur Antoni-  
 us dicere in-  
 eptum esse,  
 quod scri-  
 ptū est in  
 Gen. appel-  
 laberis A-  
 braam, quia  
 patrem mul-  
 tarum gen-  
 tium consti-  
 tuit.

firmitatem, quia erat firmitate suæ fidei fratres suos firmaturus. Si  
 hoc ineptum esse dicis, ineptum quoq; pari ratione dicis, quod scriptū  
 est Genes. cap. 17. nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed ap-  
 pellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te,  
 quandoquidem secundum correctionem Antonij Sadeelis, ita dicen-  
 dum fuit, patrem multarum gentium constitui te, quia Abraam ap-  
 pellaberis. O acutum correctorem, immò ò obtusum corruptorem. Vt  
 igitur quia erat Abraham futurus pater multarum gentium, hæc  
 fuit causa, vt appellaretur Abraam; sic quia Simon Iona erat fu-  
 turus firmamentum ecclesiæ, & fratrum suorum, ex quibus ecclesia  
 constat, hæc fuit causa, vt appellaretur nomine proprio imposto Si-  
 mon Petrus, & *πέτρον* diceretur petra, quasi Petrus petreus.  
 Petra enim, & petreus, sicut iustitia, & iustus, & alia huiusmodi, di-  
 cūtur *παρόνομα*, Grammatici vocant denominatiua, & rhetores coniu-  
 gata. Abi igitur cum tua fallacia *παρὰ τὸ μὴ ἄτιον*, & quære, cui  
 accommodes, ne tam ineptus appareas, quibus videri vis ingenio-  
 sus. Vel potius, ne longius eundem tibi sit, accommoda tibi; tu enim,  
 vt probares ineptum esse, quod dixi, non causam fecisti ine-  
 ptissime, & fallaciter; & si mauis Græce, in te retorristi illud *παρὰ  
 τὸ μὴ*

Quam ine-  
 pre Anto-  
 nius falla-  
 ciam non  
 causæ, vt  
 causæ indu-  
 xerit.

τὸ μὲν δὲ τῶν, ὡς ἐστὶν, siquidem Petrum dicit debuisse confirmare fra-  
 tres, quia petra dictus fuit, quasi dictum fuisse, petram causam esse  
 ut confirmaret fratres, cum potius confirmare fratres, causa  
 fuisset, ut petra diceretur, quod te fateri exemplum de appellatione  
 Abrae convincet, velis, nolis. Sequitur. Age verò, quia Turria.  
 nus videri etiam voluit iuris peritus, illum etiam refella.  
 mus ipsorum iurisconsultorum auctoritate. Si enim Ec-  
 clesia ædificata est super firmitatem fidei Petri, consequi.  
 tur, Pontifices Romanos frustra iactare Petri successionē,  
 quia constat ex iurisconsultorum responsis, dona perso-  
 nalia, cuiusmodi fuit firmitas fidei Petri, ad alios iure  
 successionis nō transire, quamuis Papa Symmachus pa-  
 rum iuris vel diuini, vel ciuilibus peritus, dixerit Petrum per-  
 ennem meritorum dotem cum hæreditate innocentie,  
 transmisisse ad posteros, Hæc enim sunt verba eius can.  
 non nos, dist. 40. *Semper sumis falsum ad argumentandum, ut  
 sit ratio tua semper ἰεὸς δὲ ἀτυχεύσας, ut hic facis, cum dicit*  
*firmitatem fidei Petri, super quam ædificata est ecclesia, donum*  
*personale fuisse, ac proinde secundum responsa iurisconsultorum nō*  
*potuisse iure successionis transire ad alios, falsum, inquam, sumis; fir-*  
*mitas enim ista fidei Petri, non est donum personale, cuiusmodi sunt,*  
*quæ in responsis tuorum iurisconsultorum legisti, neq; nos dicimus,*  
*transire eam ad alios iure successionis; nam in hoc quoq; erras, nō in-*  
*telligens, quod dicit, non enim transit iure successionis, sed iure vica-*  
*riæ ordinationis, & consecrationis. Per vicariam enim ordinatio-*  
*nem succedit in locum Petri, qui in sede eius ordinatur Episcopus;*  
*aut si iam prius ordinatus erat Episcopus, qui consecratur ad sedē*  
*in Cathedra eius. Sed tu non intelligens, ut dixi, quod loqueris,*  
*ius successionis à iure vicariæ ordinationis non distinguis: sic enim*  
*beatus Cyprianus loquitur, cum ait, Episcopus vicaria ordinatione*  
*successores Apostolorum esse, itaq; ius successionis in locum Petri*  
*principis Apostolorum, & Petræ Ecclesie Catholice fundatur in*  
*iure vicariæ ordinationis, vel cōsecrationis in sede Petri. Et ut in-*  
*telligas tandem, quam vim habeat augmentatio tua contra suc-*  
*cessionem*

Quomodo  
 firmitas fi-  
 dei Petri nō  
 fuit donum  
 personale,  
 ut Antonius  
 vocat.

Quomodo  
 Antonius  
 non intelli-  
 gens, quod  
 loquitur,  
 ius succes-  
 sionis non  
 distinguit à  
 iure vicariæ  
 ordinatio-  
 nis.

Quomodo  
argumen-  
tatio Anto-  
nij ex respō-  
sis iuriconsul-  
torū pe-  
citra in eum  
retorque-  
tur.

Quomodo  
firmitas fi-  
dei B Petri  
iure vicaria  
ordinatio-  
nis in locū  
eius, & non  
iure ciuili,  
aut natu-  
ralis succes-  
sionis ad suc-  
cessorem  
transit.

cessionem Pontificum in Sede Petri, ex responsis iuris consultorum à te fallaciter & fatue deprompta, eam in te retorqueo hoc modo: si ordinatio Martini Lutheri presbyteri donum personale fuit, non potuit transire ad alios iure successionis, atq; ita frustra iactitatis Lutheri ordinationem, & habere vos in eius ordinatione successionem. Sin autem non fuit donum priuatæ personæ, sed δῶρον εἰς τὸ κοινὸν, id est, donum ei ad communem utilitatem datum; cur non permititis idem à nobis dici? ut enim ordinatio Lutheri presbyteri charisma fuit, in quo continebatur potestas spiritualis consecrandi corpus domini nostri, & absoluedi, atque ligandi, quæ dicitur potestas ordinis; & si Episcopum haberetis, qui potestatem ordinandi ministros ecclesiæ accepit, presbyteros, & alios ministros haberetis: sic quia Ecclesia Catholica Episcopos habet, qui ordinant Episcopum, idcirco, qui ordinatur Episcopus in Sede beati Petri, charisma firmitatis fidei, quod Christus promisit, & dedit beato Petro, ut super eum ecclesiam suam ædificaret, similiter & hoc ipsum accipit. Nec enim in diebus carnis Petri, & dum viueret tantum, promisit Christus ædificaturum se ecclesiam suam super eum, sed etiam post mortem eius. Quod si ita est, quod tu Antoni negare non audebis, quâuis omnia audeas, & ad firmandum totam fraternitatem, id est, ecclesiam Catholicam opus erat eodem charismate firmitatis fidei Petri, sequitur transire illud ad successores non iure ciuili naturalis successionis ex responsis tuorum iuriconsultorum, sed iure, ut dixi, vicariæ ordinationis in sede, & Cathedra sancti Petri petræ Ecclesiæ Catholicæ à Christo in Ecclesia sua pro fundamento, & firmamento collocata. Hoc Euangelium dicit; hoc omnes Ecclesiæ catholicæ, quæ per vniuersum mundum sub cælo sunt, profitentur, & ab initio sicut sancti Apostoli tradiderunt, & prædicarunt, professæ sunt, sicut ante Lutherum omnes item Ecclesiæ Germanorum ab initio suæ ad fidem conuersionis profitebantur. Quæ igitur dementia est, contra stimulum calcitrare, sicut Dominus Saulo ecclesiam persequenti dixit? & cum non possitis resistere Spiritui sancto, qui in vniõne omnium Ecclesiarum Catholicarum cum Cathedra Episcopi Romani successoris Petri, & in omnium veterum, & Sanctorum patrum libris loqui-

loquitur, adhuc in Martini Lutheri hæresi, repudiata petra Ecclesie Catholice, pertinaces esse velle? quod autem de Symmacho nescio imprudentius ne, an impudentius scripsisti. parum iuris, vel diuini, vel civilis peritum fuisse, non est opus mea defensione; imprudentiam, & impudentiam tuam coarguunt historie illorum temporum, & Synodi Romanæ grauissima, quæ eo Pontifice habitæ sunt, & earum decreta sanctissima omni pietate, & religione refertur.

Quam imprudenter & impudenter Symmachum pontificem Antonius reprehenderit.

Tu verò in eo neque summi Sacerdotij dignitatem, nec antiquitatem, nec innocentiam & sanctitatem iudicio publico centum XV.

Episcoporum, in illa hostili criminatione comprobata reueritus es, ex quo satis apparet, qualis ipse sis. Illud magis ad rem pertinet, quod cum videri voluisti, non ignorare te decreta Gratiani, insipientia tua detecta est; primum, quia nullo alio modo auctoritatem Symmachi Pontificis refellere potuisti, quàm si diceres parum eum iuris vel diuini, vel civilis peritum fuisse; immò tu ius diuinum ignoras, & responsa iuris consultorum non intelligis, si quidem, quod CHRISTVS ad communem utilitatem fidelium ac necessitatem Ecclesie Catholice constituit, tu ad dona personalia iuris consultorum retulisti.

Quomodo insipientia Antonijini quæ reprehensione Symmachi detecta est.

Deinde, quo magis tum indiligentia, tum imprudentia tua nudata esset, & causa tua magis lesa, verba illa, quæ recitasti, non sunt, vt putasti, Symmachi pontificis, sed Ennodij Ecclesie Romanæ diaconi, qui librum scripsit aduersus eos, qui contra Synodos à Symmacho pontifice Romæ habitas scripserant: hic liber recitatus est in Synodo Romana ducentorum fere Episcoporum, & his verbis approbatus, & auctoritate Synodica sancitus. Hic liber integerrime Synodaliter ab omnibus teneatur, atque inter quartæ & quintæ Synodorum nostrarum actiones interponatur, & ita sicut harum synodorum decreta habeatur, quia synodali auctoritate cõscriptus est, & roboratus. Lege Antoni hunc Ennodij libellum, qui in voluminibus conciliorum cõstitis Symmachi pontificis Synodis fertur, & videbis, nisi plane stipes sis, quàm multa iuris civilis prudentia, quanta etiã diuini iuris scientia plenus sit Ennodius. Cuius testimonium de firmitate fidei Petri ad successores transmissa lōge maioris auctoritatis est, quàm si testimonium

Quæ Antonius putauit esse Symmachi, Ennodij diaconi Ecclesie Romanæ sapientissimi esse.

Ennodij liber synodice approbatus, & scientia iuris diuini & humani refertus.

monium

monium de se Symmachus perhibuisset: sicut Dominus dixit, si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum; est, qui testimonium perhibet de me, & scio, quia verum est testimonium, quod perhibet de me. Habes igitur Antoni in testimonio

Quam graue sit, & quibus de causis testimonium Ennodij de firmitate fidei Petri ad successores transmissa.

Ennodij Ecclesie Rom. diaconi testimonium vnius Synodi Romanae & quidem frequentis ducentorum fere Episcoporum, in qua recitatus, & canonicè approbatus fuit hic liber, in quo feruntur hæc, quæ tu errore inscriptionis in dist. 40. per negligentiam secutus, tanquam Symmachii essent, recitasti: non enim, ut dixi, Symmachii sunt, sed Ennodij pro defensione Symmachii. Quo in loco illud adiunctum est. quod à Gratiano dist. 40. in illo cap. Non nos, prætermisum est, præno-

scit enim, inquit, quod Ecclesiarum fundamentum sit stabile, super quod ipsa moles innititur. Planè testatur hic Ennodius, & Synodus, quæ istum Ennodij librum canonicè approbavit, esse successorem Petri fundamentum Ecclesie, in quo ædificium eius nititur: sed quia tu Antoni firmitatè fidei Petri ad successores

Testimonium Ennodij & Synodi esse successorem Petri fundamentum ecclesie, in quo ædificium eius nititur. Basilius.

transisse negas, & Symmachum, ut tu putasti, imperitum iuris diuini, & humani fuisse ais, quia Petrum dixit perennem meritorum dotem ad posteros transmississe, videamus, an idè dixerint alij patres antiqui, non pontifices, & an illi fuerint imperiti iuris diuini. Magnus Basilius in epist. data Sabino diacono ad Pontificem Rom. sic scripsit

τὸ ὄντι ἄρα τὸ ἀνωτάτω μακαρισμῷ ἄξιον τῶ τῆ ὑμετέρῃ θεοσεβείᾳ χαριζέμεν τὸ μὲν κίβδηλον ἀπὸ τῆ δοκίμῃς καὶ καθαρῆ διακρίσειν, τὴν δὲ τῶ πατέρων πείν ἀνευ τινὸς ὑποβολῆς κηρήθειν αὐτῶν. Transferamus Latine,

reuera, inquit, quod adulterinum à probato, & puro discernas, & fidem patrum nihil subtrahendo prædices, dignum est excellentissima illa de Petro Christi beata prædicatione, quæ pietati tuæ donata est. En Antoni, quod Christus dixit Petro post magnificam illam confessionem fidei, beatus es Simon Bariona, & quæ sequuntur,

Testimonia patrum antiquorum transire ad successores Petri firmitatem fidei Petri.

ad successorem eius Pontificem Romanum transisse dicit Basilius, nescio an dicturus sis fuisse Basilium imperitum iuris diuini, nec tamen mirer, si dixeris, qui Lutherum ab omnibus Ecclesijs Catholicorum, quæ ubiq; terrarum sunt, damnatum tanquam peritum magistrum sequeris. Sophronius item Hierosolymitanus in Synodica

epist.

epistola, quam ad Honorium Pontificem tempore Heraclij Imperatoris, de qua supra memini, scripsit, tam aperte, & perspicue testatur transisse ad successores Petri in Cathedra Romana firmitatem fidei Petri, ut plane cæcus sit, qui non videat; & valde obtusus, qui non intelligat. In ipsa enim epist. fidē suā exponit, quā ab eo approbari, ac confirmari petit, & rogat; in qua re Paulū Apostolū sequi se dicit, qui exemplū faciendi, q̄ ipse fecit, posteris reliquisset, cū ascēdit, inquit, Hierosolymā Christi alioqui discipul⁹ celestis, & antecessorib. suis diuinis discipulis se submisit; & Euangelicā doctrinā, quā prædicabat, ijs, qui antecellere videbantur, manifestauit. Propter Petrū hoc dixit, q̄ statim magis declarat, cum subiungit, quorsum cū illis contulisset, τὸ ἀποπέδαι, inquit, ἡμετέροισιν, id est, postcens interrogando, quod Latine est stipulari, Græcè ἡμετέροισιν, ut firmum sibi fieret, quod prædicabat, hoc est, quod Tertull. dixit, ut ante memini, veluti vim verbi huius Græci declarans, auctoritatem prædicationi suæ optasse. Cum dixit, ut firmum, ac tutum sibi efficeretur, quod prædicabat, clare Sophronius testatus est, firmitatem fidei Petri ad Honorium, pontificem Romanum Petri successorem transisse, si quidem ab eo requireret, quod Paulus à Petro pro auctoritate eius requisisset: illi enim dictum est in Euangelio, & tu aliquando conuersus ἡγεῖον, id est, firma fratres tuos, quo etiam verbo usus est hic Sophronius, cum paulò post roget pontificem ἡγεῖον, quod interpretes vetus vertit, confortare. Et in alio loco paulò antè extremam paginam, petit, ut robur tribuat confessioni suæ fidei. Postquā exemplum Pauli commemorauit, subiungit, huic nos consuetudini seruietes, ad vos θεοσόφους, id est, à deo doctos, qualis sit fides nostra, scribimus πρὸς δοκίμους, id est, ut probetur, ne terminos æternos, quos patres nostri posuerunt, transire videamur; scribimus, inquam ad vos, qui non solum nostis discernere ἀπὸ τῶν νόθων τὰ δόγματα δόγματά, id est, probata dogmata ab adulterinis, sed etiam τὰ ἄγνωστα, id est, supplere, quæ desunt, potestis. Honorium pontificem, ad quem scribit Sophronius patriarcha, θεοσόφον vocat, quia erat successor Petri; & ad successores Petri transit, quandiu in Cathedra eius sedent, fidei Petri reuelatio, quam pater celestis

Sophronius  
Hierosoly-  
mitanus pa-  
triarcha.



illi reuelavit, & quæ ut nunquam deficeret, rogatus est. Vtrumque enim est in Euangelio. Postremo dicit se desiderare à Pontifice literas, quibus recta fides ei illustretur, mores candorem accipiant, & scientia gubernandi tradatur, & ipse ad pascēdos greges suos fidentior efficiatur, & quia Græcis, ut saepe dixi, delectaris, describam ista Græce, ποδῶν γραμματα πῖσιν ἡμῖν τὴν ὀρθὴν ἐκπαίδευσιν, καὶ τὸ ἦθος τῆς ψυχῆς ἐκλευκάνοντα, καὶ τὴν ποιμαντικὴν ἡμῶς ὀπίσθι μὲν παιδεύοντα, καὶ παρὰ λαοὺς πρὸς τὸ ποιμαίνειν ποιήματα ποιμένα. Et ne dicere audeas iuris diuini imperitum fuisse, lege epistolā eius longam, quæ in actione xj. Sextæ Synodi fertur, licet malè, & obscurè translata, quæ Græce est elegantissima. Hanc epistolam eruditionis theologicæ plenissimam Photius inter libros celebres veterū auctorum à se lectos in bibliotheca sua retulit, & ad Honorium Pontificem Romanum scriptam fuisse affirmat, quæ fertur nunc falso inscripta Sergio Patriarchæ Constantinopolitano. Sunt enim in hac ipsa epistola non pauca, quæ falsam inscriptionem necessario coarguunt: cuiusmodi est, quod se dicit Sophronius scribere ad antecessores suos exemplo Pauli, cum ad antecessores suos ascendit Hier. ut conferret cum eis Euangelium, quod prædicabat, at Archiepiscopi Constantinopolitani non erant antecessores Archiepiscopi Hierosolymitani. Deinde nõ pertinebat ad Archiepiscopū Constantinopolitanum, ut cõfirmaret, aut corrigeret Archiep. Hierosolymitanū, eiq; dux esset, nec ei conueniunt, quæ prima pagina huius epistolæ idem Sophronius scribit, cum ait petens, ut suam confessionem firmet, date ergo vos, inquit, mihi paternè simul atq; fraternè, quæ postulo, ista quippe sunt; & ego vestram pedeductionem sequar, Græce est ποδῶν, ita loquitur quasi Archiepiscopus Hier. infra Archiepiscopum Constantinopolitanum esset, at nunquā Archiepiscopi Constantinopolitani fuerunt χειραγωγοί, neque ποδῶν Hierosolymitanorum. Episcopo Romano tribuit Sophronius esse ποδῶν, qui est successor Petri, cui Dominus dixit, tu me sequere, significans futuram esse cathedram eius ποδῶν alijs. Qui ergo epistolam Sophronij falso inscripsit Sergio Constantinopolitano, idem in extrema pagina, ut bonus μηχανορῶφος, Byzantium antistitem pro Romanorum antistite supposuit. Sed prosequamur reliqua.